

2. quæ in dilectione intus consistit,  
quasi in actu primo,
3. & in manifestatione foris, quasi in a-  
ctu secundo.
4. Contingit autem vel per negatio-  
nem culpæ & justitiæ assertio[n]em:
5. vel per remissionem culpæ & justitiæ  
imputationem.
6. Utque quæstio & judicium apud  
Deum, vel est hereditatis, vel alterius  
certæ alicujus cause:
7. ita & justificatio varia esse pot-  
est.
8. In iudicio hereditatis; justificatio  
secundum legem, est adoptio, seu dilec-  
tio ad regnum & hereditatem cœ-  
lestem, per assertio[n]em & approbationem  
obedientiæ legis in JUSTIFICATO.
9. Talis obedientia, cum in pecca-  
toribus & imperfectis non sit: nec justi-  
ficiatio legalis in eos cadit.
10. Iustificatio secundum euangelium,  
est adoptio peccatoris, per assertio[n]em

G.